Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quidem que de principio & de insinuatione dicenda uidebuntur. hec
fere sunt. Nec quidem breuiter & communiter de utroque precipiendum uidetur.
Exordium sententiarum & iudicum plurimum debet habere & omnia quecumque pertinent
addignitatem in se tenere. propter quod id optime faciendum: quod oratori
auditori maxime commodat. Splendoris & festiuitatis. & concinnitatis minimum. propter ea quod ex his suspicio quidam apparatiois atque
artificiose diligentiae nascatur. quae maxime orationi fidem. oratori adimunt
auctoritatem. Vitia uero sunt hec certissima exordiorum quae summope uitari oportebit. uulgare. commune. commutabile. longum. septum. translatum.
contraceptum. Vulgare est: quod in plures potest causas accommodari. ut
conuenire uideatur. Commune: quod nihilominus in hanc. quam in contrariam
partem causae potestati conuenire. Commutabile: quod ab aduersario poterit mutatum ex contraria parte dici. Longum: quod plurimis uel aut
sententiis. uel quod producitur satis est. Septum: quod non ex ipsa causa ductum
est. nec sicut aliquod membrum annexum orationi. Translatum est: quod aliud efficit quam causae genus postulat. ut siquidem docilem facit. auditorem cum
benuolentiam causa desiderat. aut si principio utatur. cum insinuatione
res postulat. Contraceptum est: quod nihil eorum efficit. quorum causa
de exordiis praecepta tradunt. Hoc est. quod eum quod audit neque benuolum. neque attentum. neque docilem efficit. aut quod nihil profecto prodest.
ut esset fuit facit. Ac de exordiis quidem sacetis dictum est. Narratio
est. rerum gestarum aut ut gestarum expositio. Narrationum quinque genera
sunt. Unum genus est. in quo ipsa causa & omnis ratio controuersiae continetur.
Alterum: in quo digressio aliqua extra causam. aut criminationis. aut
similitudinis. aut delectationis. non alienae ab eo negotio quod de agitur.
aut amplificationis causa inuenitur. Tertium genus est. remotum actum
uel causis. quod delectationis causa. non in utilitatem. cum exercitatione dicitur &
scribitur. Eius partes sunt duae. quarum alterae in negotiis. altera in personis
maxime uisae. Earum quae in negotiorum expositione posita sunt. tres habent
partes. fabulam. historiam. argumentum. fabula est. in qua nec uerum. nec
uero similes res continentur. Cuius modi sunt. anguis ingentes aliaeque
huiusmodi multae. Historia est. gesta res ab etatis nostre memoria remota.
Quae genus apud indix karthaginiensibus bellum. Argumentum est.